

5 nen(sis) episcopi, quem ad carissimum in Christo filium nostrum
 6 C(arolum) illustrem Sicilie^b regem^b premisimus, consilium cum fra-
 7 tribus nostris ac vestris habuimus | super ecclesiarum Urbis posses-
 8 sionibus obligandis pro mutuo, quod sic et non aliter rex predictus
 9 in Urbe poterat invenire. Et ut ad finem consilii veniamus, non sine
 10 cordis^c amaritudine conces|serunt, quod, si scimus aut^d firmiter
 11 credimus, quod dictum mutuum infra^e terminum de^e decima solvi
 12 possit, obligemus pro rege usque ad centum milia librarum Pro-
 13 ven(ensium) ecclesiarum possessiones | exceptis ecclesiis Lateran(ensi)
 14 et sancti Petri et ecclesiis cardinalium et manualibus eorundem et
 15 ecclesia sancti Gregorii et hospitalibus. Set et^f in possessionibus ec-
 16 clesiarum aliarum, quas obli|gari permittunt, castra earum non intel-
 17 ligunt nec ipsas ecclesias nec domos earum^g, in quibus earum habi-
 18 tant servitores. Expresse etiam caveatur, quod possessiones occasione
 19 huius mutui obli|gande pro nullo alio debito possint a creditoribus
 20 retineri, sive ab ipso rege^h sive a Romana ecclesia aliquid aliud
 21 debeatur eisdem. Immo soluto hoc debito precise et absque omni |
 22 dilatione et diffugio ipsi creditores eas reddere teneantur, et sit lici-
 23 tum ipsis ecclesiis seu earum ychonomis auctoritate propria posses-
 24 sionem recuperare ipsarum. Et ipse rex et eius | curia ad iuvandasⁱ
 25 ecclesias teneantur, immo ad omnem possessorem alium sine omni
 26 iuris ordine ammovendum. Et in hoc casu adicitur^j, quod a rege
 27 fiat omnis cautio, que convenienter | poterit exigi ab eodem, quod
 28 possessiones ipsas liberet infra terminum et hec omnia suo iura-
 29 mento confirmet. Et si, quod absit, hoc iuramentum, ad quod
 30 precise tenebitur, non impleteret et | ob hoc dictas possessiones vel
 31 aliquam earum contingeret a creditoribus occupari, teneatur nichilominus
 32 dictas ecclesias servare indemnes in omnibus et easdem
 33 possessiones ipsis ecclesiis | reddere liberatas et in possessionem
 34 vacuam eas reducere earundem et defendere reductas in ipsam.
 35 Quod si nulla nobis est spes, quod infra terminum dictum mutuum
 36 solvi debeat et | sic omnino per consequens possessiones ipsas ad
 37 manus pervenire oporteat Romanorum, sunt, qui non consulunt, et
 38 sunt, qui consulunt obligari. Et qui non consulunt, dicunt ita: Si
 39 Ro|mani possessiones occupant, recuperandi^k imminet difficultas.

b-b) regem Sicilie α c) mortis θ d) ac θ e-e) debetur infra
 terminum, quo θ f) fehlt θ g) fehlt α h) comite α i) adiu-
 vandas θ j) adiciunt α k) rehabendi β